Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26334
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mens. q. obsacrum figuram clausam
esse oportet. percutit virga pastoralis
super luminare ipsi dicens. Tollite
portas principes vestras et elevamini
ianuae aeternales et introibit rex gloriae.
Pontifex autem. Quis est iste rex
gloriae. Pontifex autem. Dominus virtutum
ipse est rex gloriae. Tertia deinde vice
reserato ostio. intrat pontifex cum
clero et populo dicens tertio. Pax huic do
mui. Deinde cum sacerdotibus et levitis
et clericis ad orationem prosternitur. post sanctifi
cationem ipsi domus dedicandae. Lo
stea et surgens ab oratione indui salu
tant populum. dicendo. Dominus vobiscum.
Dominus enim hortatur cunctos ad orandum.
his completis incipit de sinistro angulo
basilicae ab oriente per pavimentum scri
bere alphabetum usque in dexterum an
gulum occidentis. atque rursum ad dexterum
angulum orientis usque in sinistrum an
gulum occidentis. Deinde ad altaris
ra ascendit et stans ante altare dum
sibi invocat in adiutorium dicens. Deus in
adiutorium meum intende. et plenis visum cum
gratia sine alia. Post hec aquam benedic
tam sale et cinere admiscens et faciens
in signum crucis super ipsam. cum mix
tura vinum et addit. Post hec un
git digitum in aqua et facit crucem primum
cornua altaris. Inde venit ante
altare. et circuiens aspergit illud sep
tem vicibus aspersorio facto de ysopo.
Circuit deinde totam ecclesiam intrin
secus aspergens parietes ipsi de eadem
aqua faciens hoc tertio. Interim cantat psalmus.
Exurgat deus cum antiphona. Cantat et antiphonam
quae habetur in aduent alt. Circuit interim
ipse pontifex. visitans primitiva ecclesiam.
et cantans. Domine mea domine. o. u. et ne. Nar
rabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesiae te hym
nis laudabo. pontifex se ad orationem fert.
petens ut omnes qui eandem domum orature
intuerint exaudiri se ee gaudeant.
Completa itaque expiratione. vertit ad al
tare incipiens antiphonam Introibo ad al
tare dei cum ipso psalmo. et quod reliquum est
de aqua purificationis. ad basim altaris
effundit. Deinde ipsum altare luteo ex
tergit. et pontifex incensum defert super illud.
Postea sacem crucem in medio altaris. et primum.
angulos eiusdem de oleo sanctificato. dein
de in circuitu ecclesiae. xii. cruces chrisma
tis in parietibus ab ipso pontifice. vel per sin
gulos angulos figurate. Reversus deinde rursum
ad altare accensum thus super illud offert
in modum crucis. et sic facta denuo ora
tione ipsum altare albis vestimentis operit.
Quia in his omnibus latent quedam sint mysteria
profunda mysteria. ex quibus paucis ad
memoriam excitandam attingimus. domus
dedicanda sanctificanda anima est. aqua peni
tentiae sordes abluens peccatorum. Sal ser
mo divinum increpationem mordens et
odiens corda insipida. Una aspersio et
una mersio est purificandi paqua. Duo
decim luminaria sunt apostoli. ecclesiam primum
mundi partes illuminantes et cru
cis ministerium per totum mundum esse

QD SIT MISTE RIV SVPRA DICTOR